

**3565** nel farsi ultimamente a Tivoli uno scassato nel luogo in cui si fissa dagli antichi essere stata la villa di Mecenate, appartenente ai padri di S. Gregorio, si è trovata una statua d'Erma con gran membro con volto simile a quello di Pane, in pietra tiburtina, e tutta scritta ma con lettere guaste molto dal tempo AVCTOR LAMII, similiter EXC. BERN.

## a in fronte:

GENIO NVMINIS PRIAPi  
POTENIS POLLENTIS inuICTI  
IVL · AGATHEMERVS · AVG · LIB · A  
CVRA AMICORVM  
5 SOMNO MONITVS

## b in parte postica:

SALVE · SANCTE · PATER · PRIAPE · RERVVM  
SALVE · DA · MIHI · FLORIDAM · IVVENTAM  
DA · MIHI · VT · PVERIS · ET · VT · PVELLIS  
FASCINO · PLACEAM · BONIS · PROCACI  
5 LVSIBVSQVE · FREQVENTIBVS · IOCISQVE  
DISSIPEM · CVRAS · ANIMO · NOCENTÉS  
NEC · GRAVEM · TIMEAM · NIMIS · SENECTAM  
ANGAR · HAVD · miserAE · PAVORE · MORTIS  
QVAE · AD · DOMVS · TRAHET · INVIDAS auerNi  
10 FABVLAS · MANES · VBI · REX · COERCET  
VNDE · FATA · NEGANT · REDIRE · QVEMQVAM  
SALVE · SANCTE · PATER · PRIAPE · SALVE

## c in latere:

CONVENITE · SIMVL · QVOT · ESTIS · omNES  
QVAE · SACRVM · COLITIS · neMVS · puELLAE  
QVAE · SACRAS · COLITIS · AQVAS · PVELLAE  
CONVENITE · QVOT · ESTIS · ATQVE · beLLO  
5 VOCE · DICITE · BLANDVLA · priaPO  
SALVE · SANCTE · PATER · PRIAPE · RERVVM  
inGVINI · OSCVLA · FIGITE · INDE · MILLE  
fasciNVVM · BENE · OLENTIBVS · corONIS  
cingITE · ILLI · ITERVMQVE · DICITE · OMNES  
10 salve sanCTE · PATER · PRIAPE · RERVVM  
NAM · MALOS · ARCENS · HOMINES · erVENTOS  
IRE · PER · SILVAS · DAT · ILLE · VOBS  
PERQVE · OPACA · SILENTIA · INCRVENTA  
ILLE · FONTIBVS · ARCET · ET · SCELESTOS  
15 INPROBO · PEDE · QVI · SACROS · LIQVORES  
TRANSEVNT · FACIVNTQVE · TVRBVLENTOS  
QVI · LAVanTQVE · MANVS · NEC · ANTE · MVLTA  
INVOCANT · PRECE · VOS · DEAE · PVellae  
O · PRIAPE · FAVE · ALME · DICITE omnes  
20 SALVE SANCTE PATER PRIAPE salve

## d in altero latere:

O · PRIAPE · POTENS · AMIce salve  
SEV · CVPIS · GENITOR · VOCari · ET · AVCTOR  
ORBIS · AVT · PHYSIS · IPSA · PANQVE · SALVE  
NAMQVE · CONCIPITVR · TVO · VIGORE  
5 QVOD · SOLVM reptET · AETHERA · ATQVE · PONTVM  
ERGO · SALVE · PRIAPE · SALVE · SANCTE  
SAEVA · iupiter · IPSE · TE · VOLENTE  
VLTRO · FVLMINA · PONIT · ATQVE · seDES  
LYCIDAS · CVPIDVS · SVAS · RELINquit  
10 TE · VENVS · BONA · FERVIDVS · CVPIDO  
GRATIA · ET · GEMinae · COLVNT · sorORES  
ATQVE · LAETITiae daTOR · LYAEVS  
NAMQVE · TE · Sine · NEC · VENVS · PROBATVR  
GRATIAE · ILLEPIDAE · CVPIDO · baCCHVS  
15 O · PRIAPE · POTENS · AMICE · SALVE  
TE · VOCANT · PRECE · VIRGINes · pudicae  
ZONVLAM · VT · SOLVAS · DIV · LIGATAM  
TEQVE · NVPTA · VOCAT · SIT · VT · MARito  
NERVVS · SAEPE · RIGENS · POTENSQVE · SEMper  
20 SALVE · SANCTE · PATER · PRIAPE · Salve

Lamio Florentiam misit nescio quis — fortasse Bianchi, cf. infra — (epist. Lam. bibl. Riccard.), unde erat editurus Lami in ephemeride Florentina *Novelle letterarie* anni 1758 — et typis impressam reperit Mommsen in eo ephemeridis illius exemplo quod erat ipsius Lamii, nunc bibliothecae Marucellianae — sed non prodit in Italia, vetante ut videtur censore publico. Prodit Bernae in 'Excerpto totius Italicae nec non Helveticae literaturae pro anno 1758' vol. 4 p. 237—240 missum ab Iohanne Baptista Bianchi Ariminensi; quod exemplum non diversum est a Lamiano. Ex hac editione Bernensi repetivit Burmann anthol. Lat. lib. V, 219 (tom. 2 p. 472 seq.) adhibitis schedis amici cuiusdam ex Italia reducis.

Secutus sum exemplum Lamio missum; adnotavi quae aliter exhibet editio Bernensis et quae ex schedis amici adfert Burmannus. Lacunas non paucas iam is qui Lamio misit scite plerumque expleverat; quae supplementa raro mutata proponuntur in editione Bernensi non distincta ab antiquis. — a 3 AGATHAMERVS ed. Bern. — b 2 SALVAM (pro SALVE) ed. Bern. (SALVE Burm. ex schedis amici). — 4 BONVS (pro BONIS) proposuit Burmann. — 8 miserAE Lam., .....AE schedae amici ap. Burm., MISERAC ed. Bern., sed MISERAE legendum (sive potius supplendum) esse monuit in eodem 'Excerpto totius Italiae, nec non Helveticae liter.' pro anno 1759 vol. 3 p. 275 inspecto lapide Iosephus Odericus. — 9 DOMOS ed. Bern. — c 11 HOMINES FVGANS (pro ARCENS HOMINES) ed. Bern.; 'quod interpolatum videtur' Burm. — 17 LAVanTQVE Lami ms., LAVanTQVE exemplum impressum Mommseno visum, LAVATQVE ed. Bern. — d 5 ATQVE om., 7 IPSE om. ed. Bern. — 13 PROBATVR Lam., PROBATVR ed. Bern., P..... supplens [lacens est] amicus Burmanni, unde hic proposuit placebit.

Supplementa supra exhibita plerumque ea ipsa sunt quae proposuit auctor Lamii. Versus b 6. 10 c 11 Sapphicos esse, non Phalaecios monuit Burm.; idem notavit b 11 expressum esse ad Catulli v. 3, 12; praeterea v. d 17 expressus est ad Catulli 2, 13.

**3566** tabula marmorea alta cm. 28, lata, quatenus extat, nam rupta est a parte intuenti dextra, cm. 29, in qua scariphatum est sacrificium Mithriacum. Rep. Tibure immurata in una fabbrica dove fu già il tempio di Ercole [id est ut videtur prope ecclesiam cathedralem], deinde apud Violam VIOL. Nunc apud Franciscum Bulgarinum.

c u d u c o r v u s s c u r i s	in femore dextro tauri: AMYCVS corvus seronis scorpio securis	in ventre tauri: DEO SOL INVICT MITRHE canis serpens canis(?)	in collo tauri: NAMA SEBESIO cupressus
--	---	--	--

Descripsi. St. Viola *giornale arcad.* vol. 126 (1852) p. 314 seq.

Eadem vocabula (nisi quod pro *Seronensis* est *Seronesis*) leguntur in tabula anaglypha Mithriaca ex spelaeo Capitolino translata in museum Borghesiorum et deinde Parisios (Corp. VI n. 719; ego habui ectypum officiose subministratum a Villefosio). De verbis *Nama Sebesio* (cf.

*Nama cunctis*, n. 3567 v. 9) egerunt multi, post alios Lajard *recherches sur le culte de Mithra* p. 678 seq., qui ex Persarum lingua ea explicavit; contra *Amycus Seronensis* vocabula tabulae Capitolinae plerique pro noviciis habuerunt, non recte, ut ex hac inscriptione apparet.

**3567** tabula marmorea. Nuper effossa a Franc. Antonio Lolli in un suo terreno appellato Pantanello prope villam Hadriani Tiburtinam CROCCH. Ibidem viderunt REV. LVP. VVLP. Nunc extat Parisiis in nummophylacio (*cabinet des médailles*).

SOLI INVICTO MITHRAE  
SICVTI · IPSE · SE · IN VISV  
I V S S I T · R E F I C I  
V I C T O R I N V S · C A E S · Ñ  
5 V E R N A · D I S P E N S A T O R  
N V M I N I · P R A E S E N T I · S V I S · I N  
P E N D I S · R E F I C I E N D V M  
C V R A V I T D E D I C A T Q V E  
N A M A C V N C T I S  
10 ... a N T I S T I T A E  
L I O M A G N O

Descripsit Henzen. *Crocchante* p. 238 (inde Corsignani *reggia marsicana* 1 p. 689); Revillas sched. Berol., qui videtur vidisse, sed vv. 10. 11 certe repetivit ex *Crocchiantis* libro; Lupi Vat. 9143 f. 40' contulit descriptam a Lesleo; Redi *diss. accad. di Cortona* II (1738) p. 109 descriptam 'da persona intendentissima in tali materie'; Vulpi ib. p. 186, apud Calogeram *racc.* 19 p. 139 n. 39, Lat. 10 p. 410 (e Vulpio Mur. 138, 1. 918, 9; ex hoc Orelli 1914) omissis v. 10. 11. Hos solos exhibent Marini Arv. p. 186 not. 176, qui videtur vidisse, quamvis citet Lupium et Lesleum, et Chabouillet *revue archéol.* nov. ser. vol. 13 (1866) p. 323, hic quoque de visu. A prioribus St. Viola *giorn. arcad.* 132 (1852) p. 322.

8 fin. nonnullae litterae nunc perierunt; exhibent eas priores omnes. — 10 sic Lup. Red. Mar. Chabouill. (nisi quod hic T litteras longiores esse non notavit); TIS FESTAE Henz., VPDS·TI·TAE·NA Crocch. cum Revill. — 11 sic Lup. Red. Mar., ...O MAGNO Crocch. Rev. Henz. Chab.